e-codices

ꝑpendit

XI. Hinc igitur domum reuerſus uaria examinatione . An in his proportionib; ratio ſymphoniarum
tota conſisteret . Nunc quidem aequa pondera neruis aptans . eorumq; conſonantias aure diiudicans .
Nunc uero in longitudine calamorũ duplicitatẽ . medietatemq; reſtituens . caeteraſq; proportio
nes aptans . integerrimã fidem diuerſa experientia capiebat . Sepe etiam ꝓ menſurarũ modo
cyathos aequorum ponderũ acetabulis inmittens . ſepe ipſa quoq; acetabula diuerſis formata pon
derib; uirga ł aerea ferrea ue ꝑcuciens . nihil ſeſe diuerſum inueniſſe laetatus ẽ . Hinc etiam
ductus . longitudinẽ craſſitudinemq; cordarum . ut examinaret . aggreſſus ẽ . Itaq; inuenit re
gulam . de qua poſterius loquemur . quae ex re uocabulũ ſumpſit . Non quod regula ſit lignea .
ꝑ quam magnitudines cordarũ ſonumq; metim̃ . ſed qđ regula quaedam ſit . huiuſmodi inſpectio (consideratio)
fixa firmaq; . ut nullũ inquirentem dubio fallat indicio .

DE DIVISIONE VOCUM EARUMQ; EXPLANATIONE

XII. Sed de his hactenus . nunc uocum differentias colligamus ; Omnis uox aut CINEXEC est . que
continua . aut ΔIACTHMATIKE que dr̃ . cum interuallo ſuſpenſa . Et continua quidẽ
est qua loquentes . ł proſam orationẽ legentes uerba ꝑcurrimus ; feſtinat enĩ tunc uox non herere
in acutis et grauibus ſonis . ſed quam uelociſſime uerba percurrere . expediendiſq; ſenſibus .
exprimendiſq; ſermonib; . continuae uocis impetus operatur . ΔIACTIMATIKE autem est
ea quã canendo ſuſpendimus . et ideo non ſunt ibi accent̃ obſeruandi . in qua non potius ſermonibus
ſed modulis inſeruim̃ . Estque uox ipſa tardior . et per modulandas uarietates quoddã faciens int̃
uallum non taciturnitatis . ſed ſuſpenſe ac tarde potius cantilene ; his ut albinus autumat . addit̃ tertia
differentia . quae medias uoces poſſit includere . Cum ſcilicet heroum poemata legimus . neq; continuo
curſu ut proſam . neq; ſuſpenſo ſegniorīq; modo uocis . ut canticum ; qđ INFINITATE UOCUM HUMA
NA NATURA FINIUERIT .

XIII. Sed q; continua uox est . et ea rurſus qua decurrimus cantilenã . naturaliter quidem infinite ſunt ;
Conſideratione enim acceptae nullus modus uel euoluendis ſermonib; fit . ł acuminib; attollendis
grauitatib; ł laxandis . ſed utriſq; natura humana . fecit proprium finem . Continuae enĩ uoci ter
minum humanus ſps̃ facit . ultra quem nulla ratione ualet excedere ; Tantum enim unuſquiſq;
loquitur continue . quantum naturalis ſps̃ ſinat . Ruſſus ΔIACTHMATIKE uoci
natura hominũ terminum facit . quae acutam eorũ uocem . grauemq; determinat . (natura)
Tantum enim unuſquiſq; uel acumen ualet extollere . (extendere) uel deprimere grauitatẽ . quantum uocis ei
naturaliter patitur modus . QUIS MODUS SIT AUDIENDI .

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 33 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/de/sbe/0298/33)